



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXCI. De Subversione Suburbii de Castro Putenica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

## CAP. CCXC.

De

*Vastatione terræ Carsovia.*

FRater Volz vel Volradus Commendator de Raganita audiens quod Carsovitæ cum exercitu profecti essent contra fratres de Memela, iussit fratrem Hildebrandum de Rebergk procedere ad bellum contra ipsos, qui assumptis sibi quibusdam fratribus & LXXX. Viris intravit dictam terram Carsovia & præter incendium & rapinam deduxit secum LXX. homines captivos.

## CAP. CCXCI.

De

*Subversione Suburbii de Castro  
Putenica.*

NOTa quod hæc quæ sequuntur de fratre Volz Commendatore prædicto in diversis annis facta sunt, licet hic simul ponantur. Ipse enim congregato Exercitu cum his, qui sub ditione sua fuerunt constituti, navigio ascendit fluvium Juram, & procedens ultra ad Castrum (\*) Putenicam in ortu diei occulte dormientibus castrensibus intravit suburbium, & captis & occisis præter eos, qui ad Castrum confugerant redegit in favillam.

(\*) Puteba, quæ hic Putenica dicitur, oppidum est Juræ anni imminens.  
Vid. Kojalovvicz part. 1. lib. 6. pag. 231.

## CAP. CCXCII.

*De eodem.*

Zz 2

Eo.